

**11** conditione, si sine filiis, si hæres cum filiis \* decebat in quibus terminis loquitur Rota dec. 632, n. 9. & seqq. part. 4. tom. 3. rec. Sed non ad exclusionem positorum in conditione, qui et si vocati censeantur non extendunt fideicommissum favore substituti,

**12** \* cum gravati non præsumantur, Odd. conf. 66, n. 32, & seqq. ubi respondet contraria, & n. 63, Peregr. de fideic. art. 29, nu. 26, Rot. decif. 486, n. 12, part. 1, & dec. 83, apud Merlin. in Romana fideicom. de Mutis 15 Januarii 1648, in fin. princ. coram R. P. D. meo Meltio, & semper urget quod pariformiter privati, ac ad portiones delinquentium vocati fuerint filii testatoris, & eorum filii, quodque cum positi in conditione nisi nusquam antea essent aliter vocati, & sic nullum \* eis existentibus adsit fideicommissum impossibile est dicere quod eorum subsequens privatio, sive delinquentibus substitutio stet accessoriè ad terminos præcedentis fideicommissi. Ideoque per necesse illorum tacitam vocationem adstruit in casu mortis, ut per Fusar. conf. 114, n. 39, Decian. conf. 50, n. 22, lib. 1, Ceph. conf. 544, n. 12, & 18. Odd. conf. 66, n. 112, vers. 5, quia Rot. dec. 24, n. 7, & 9, part. 4, tom. 2. rec.

Tertia huic affinis conjectura educitur, ex quo in ea filii institutorum vocantur exprestè ad portiones filiarum testatoris absque filiis decedentium, & quod plus est ex contextu hujus substitutionis apparat ipsas filias foeminas institutorum supponi vocatas \*, cum enim foeminae & masculi æquilater sub eadem conditione, si sine filiis, possit fuerint, incongruum est dicere quod testator supposuerit esse vocatas foeminas, non autem masculos. Redenasc. conf. 9, n. 8, Peregr. conf. 54, sub n. 16, lib. 4, Rot. apud Pen. decif. 1297, n. 10, confert Merlin. decif. 447, n. 5, Bellon. jun. conf. 50, n. 30, Giovagn. conf. 79, n. 13, lib. 1, & sic vim non facimus in sola substitutione foemini facta \*, à qua argui posse ad vocationem in portione institutorum negat, Giovagn. conf. 82, n. 178, ubi assignat rationem diversitatibus, lib. 1. Rot. dec. 24, n. 1, & seqq. part. 4, tom. 2, rec. quod propterea non procedere quando, ut in casu nostro aliae conjecturæ vocationis concurrunt, declarat Rot. in d. decif. 1297, apud Pen. n. 6, & 7, vers. in hoc casu.

Quartò. Id ipsum suadet digressus ad plures gradus substitutionum conceptuarum ultra casum obitus sine filiis, primò enim in eum casum substituuntur reciprocè instituti. 2. Si illi delinquent substituuntur eorum filii. 3. Si illi decedant cum filiis vocantur dictæ filiae. 4. Si hære sine filiis decedant substituuntur ipsi institutorum filii masculi, qui proinde cum vocati sint ad portiones patrum truorum \* delatas foemini, facilius vocati censemur ad portionem proprii parentis, Bellon. jun. conf. 50, n. 31, Peregr. conf. 54, n. 15, lib. 4, Binat. decif. 521, n. 2, Merlin. dec. 359, n. 7, Rot. inter rec. dec. 133, n. 5, part. 1, sub qua includuntur omnia bona fideicommissi quia portiones aliorum institutorum per prædecessum eorum vigore reciprocae substitutionis impinguaverunt portionem priori parentis \* positorum in conditione, ut aliis allegatis ponderatum fuit in dec. 337, nu. 3, & seq. coram sanct. me. Gregor. XV. in Urbinate. predii 3 Julii 1650. §. neque hic coram me, & in Viterbien. fideic. 2 Julii 1652, §. quo circa coram Rever. D. Archiepiscopo Tarraconen.

Quinta prædictis juncta magni momenti est ipsa reciproca substitutio inter filios primi gradus \* hæredes institutos, Giovagn. conf. 79, n. 8, lib. 1, Menoch. conf. 420, nu. 8, Fusar. de substit. qu. 437, n. 87, Rot. decif. 447, n. 3, apud Merlin. decif. 389, n. 6, part. 4, tom. 2, decif. 355, n. 3, part. 5, rec. & in

Terracinen. fideic. 14 Decemb. 1643, §. plures, coram Emin. Cardin. Ottobono in Urbinate. prædi 3 Junii 1650. §. secunda ex reciproca coram me. Nec obstat decisio in Rom. fideicom. de Carrabinis 19 Novemb. 1646, §. similiter, coram R. P. D. Peunting, ubi Rota hanc conjecturam rejecit \*, nisi 19 habita fuerit ratio conservandi agnationem quia ibid. in fin. vers. quidquid, declaratur id non procedere si aliae conjecturæ vocationis accedant, quæ similiter jungi debent, Honded. conf. 53, n. 53, lib. 2, Rot. decif. 356, n. 17, dec. 422, n. 20, p. 49, tom. 2, rec. dec. 330, n. 10, coram san. me. Gregor. XV. in Mediolan. honor. 31 Maii 1649, §. quoniam in fin. coram Emin. Corrado. Et majorem vim habent, favore descendantium testatoris. Corn. conf. 97. in fin. lib. 1, Surd. conf. 434, n. 19, Rot. dec. 266, num. 6, part. 2, recent. & in dict. Urbinate. prædi §. quare, coram me.

Et ita utraque, &c.

## DECISIO XCVI.

R. P. D. BICHO.

Urbinate. Prædi.

Veneris 12. Junii 1654.

## SUMMARIUM.

- 1 Apollilla reperta in Testamento scripta manu eiusdem Notarii probat, etiam quod ab eodem non sit subscripta. Amplia ut num. 3.
- 2 Condito, si sine filiis subintelligitur in dispositione facta ab ascende.
- 3 Testator mandans curam prædiorum agi, ut ad alios perveniant, fideicommissum inducit.
- 4 Onus perpetuum vocatis injunctum arguit fideicommissum. Amplia ut n. 6.
- 5 Hæredis appellatione venit etiam substitutus.
- 6 Consequens qui vult, dicitur velle & necessarium antecedens.
- 7 Prohibitio alienationis certorum bonorum, non restringit fideicommissum universale. Declara ut numero 10.
- 8 Voluntas testatoris qualis fuerit attenditur tempus testamenti.
- 9 Femina venit successorum Domus appellatione.
- 10 Fideicommissum non expirat ob non existentiam personæ cui servitum à testatore impositum præstandum erat.
- 11 Hæres gravatus fideicommissu particulari non confitens inventarium, tenetur de proprio.
- 12 Diviso regulariter non probat statum hereditatis.
- 13 Detractiones presumuntur consumpta non confecto inventario, & factis alii alienationibus etiam contra tertium.
- 14 Stylus concernens decisoria non probatur per fiducias extrajudiciales.

Universale fideicommissum in testamento, & particula super prædio nuncupato Foglia in codicilli Com. Caesaris Odatis ad favorem Com. Julii Caesaris filii Petri Antonii, alterius ex filiis fideicommittentis, adesse firmat decisio edita, in hac causa, sub die Junii 1650. coram me, adversus quam concessa fuit nova auditentia, strictè super fideicommissu particulari, nam filios positos in conditione testamentaria esse vocatos ad

## Ad materiam de Alim. Decis. XCVI.

165

ad universale convincunt urgentissimæ conjecturæ, nihilque urget, quod eadem conditio legatur adjecta in margine testamenti \* quia satis est scriptam fuisse manu Notarii de testamento rogati, & ab eo approbatam, ut de ordine Testatoris censeatur adjecta, Boer. consil. 91, nu. 12, lib. 3, Alex. conf. 104, n. 9, lib. 7, Paris. conf. 28, n. 35, lib. 2, Menoch. de adipsi remed. 4, n. 724, Rota dec. 276, n. 3, part. 2, & dec. 413, n. 6, part. 4, recent. & in Bononiensi. fideicommissi de Amoris 10 Maii 1648, coram R. P. D. meo Meltio in Romana fideicommissi de Victoria 20 Martii 1651, §. minus dicti potest, coram Eminenti. Dom. Cardinali Ottobono, & 27 Junii 1652. §. si quidem, coram R. P. D. meo Verofilio.

Præfertim quia valde verisimilis est, & ob præsumptam voluntatem Testatoris \* etiam à jure intelligitur, l. cum avus, l. cum acutissimis Cod. de fideicom. Nec est novum quod in prima testamenti matrice apostillæ, & additiones marginales adjiciantur, dumque Notarius rogatus, quando testamentum \* in nitidum reduxit, apostillam marginalem in corpore Instrumenti retulit, exinde resultata ejusdem approbat, ac omnis cessat difficultas, ut dicit Rota, decif. 276, nu. 3. part. 2, recent. decif. 541, num. 52, & 53, part. 5.

Stricte igitur ad fideicommissum particula ille ex codicillis resultare etiam hodie DD. censuerunt attentes verbis, ibi: *Commanda che sempre, & in perpetuo detti suoi heredi nominati in detto testamento siano obligati à tenere il podere della foglia al servizio di S. A. Serenissima di Urbino, e dellí suoi successori della Rovere, & in somma vole che detto podere sia sempre in servizio di sua Altezza Serenissima.* Pra se ferentibus claram voluntatem fideicommissum permanensis hojus prædi in descendencia sua, quia Testator mandans \* curam prædiorum agi, ut ad alios perveniant, fideicommissum inducere videtur, l. fideicommiss. 11, §. hæc verba, ff. de legat. 3, Alciat. confil. 73, n. 1, lib. 9, Rimini. jun. confil. 7000, n. 15, Mantic. de conject. lib. 8, tit. 1, sub n. 12, sicut etiam inducitur ex onere \* perpetuo subveniendi pauperibus, Anch. confil. 27, n. 7, Socin. confil. 159, nu. 18, vers. confirmantur prefata lib. 3, Ruin. confil. 159, n. 18, vers. Non obstat lib. 2, Cephal. confil. 353, n. 67, & seqq. Menoch. confil. 1145, n. 22, Bellon. jun. confil. 11, nu. 13, Peregrin. de fideicom. art. 13, n. 86, Rota in Tiburtina fideicom. 25 Maii 1648, & 24 Januarii 1642, coram bon. mem. Arguelles in Bononiensi. fideicom. de Guidonis 24 Januarii 1648, §. non adducitur, coram eodem.

Nec obstat quod propter illa verba, detti heredi, dispositio restricta censeatur ad hæredes non minatos in testamento, non autem ad descendentes ex illis, quamvis onus sit appositorum in perpetuum, Surd. confil. 123, n. 17, nam præter quod contrarium sensit Corn. confil. 69, per tot. lib. 4, Fusar. confil. 24, sub n. 70, vers. ego pariter, Peregrin. de fideicom. art. 32, num. 70, in fin. Gratian. dif. 612, num. 17, versamur in casu nostro extra omnem difficultatem; tum quia Comes Julius Caesar actor tanquam sub conditione sine filiis ad universam hereditatem in testamento vocatus est hæres substitutus, \* & sic in illis verbis, detti heredi, comprehenditur, Cephal. confil. 499, n. 13, Fusar. confil. 12, num. 9, Peregrin. de fideicommiss. art. 31, num. 81, Surd. decif. 338, num. 1, Joseph. Ludovic. decif. Lucen. 4, num. 6, tum etiam quia testator non semel, sed plures usus fuit verbis perpetuativis, ibi, semper, & in perpetuo, & infra, ibi, *sia semper al servizio;* & cum enixe vo-

leruit nedum perpetuam permanentiam prædi apud hæredes, sed æquè principaliter quod ille per perpetuo inserviret commodati Ducum Urbini, id, quod non sequeretur, nisi omnes descendentes essent particuli fideicommissu obstricti; nam alias evenire posset, quod ob detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, vel alterius generis ex fideicommissis universalibus, fieri solitam, prædi liberum, & ab omni onere immune devolveretur ad alios, ut, inquam, effectus hujusmodi perpetui servitii à Testatore contemplatus adimpleatur, fateri necesse \* est, ut text. in l. illud, ff. de acquir. hæred. Ruin. confil. 119, n. 14, lib. 2, Dec. confil. 23, n. 2, Menoch. præsumpt. 68, n. 6, lib. 4, Fusar. de substit. quæst. 241, num. 67, & quæst. 480, num. 21.

Non obstat quod particularis dispositio facta super aliquam re ad favorem vocationis in præcedenti fideicommissu universali non inducat fideicommissum particula ab universalis distinctum; quia hoc procedit quando fideicommissum particula desumitur, ex quo in eodem testamento prohibita sit alienari \* res aliqua particularis in quibus terminis loquitur decif. 210, num. 10, & sequentibus, part. 6, recent. & quotquot ex adverso allegantur; secus autem quando per dispositionem prorsus separatam testator injuxit perpetuam conservationem alicujus corporis \* in sua descendencia, & quod plus est gratificari voluit etiam personis non vocatis ad fideicommissum universale, ut bene declaravit Rota decif. 418, sub num. 5, & sequentibus, decif. 421, num. 25, & 26, part. 5, recent. & in Romana retentionis dormitorum 2, Martii 1647, coram Reverendissimo Episcopo Terracinen. in Bononiensi. fideicommissu Domus 30. Aprilis 1646, §. & quidem, & 10 Decembris ejusdem anni §. quo vero coram me, qui est casus noster, nam fideicommissum universale relictum fuit in Testamento, quod vero hæredes retinere perpetuo debeat prædi mandat testator in Codicillis, & ulterius favere voluit Ducibus Urbini in fideicommissu universali non nominatis.

Gratis autem dicitur, quod Testator intellexerit solum de servitio praefondo Dom. Francisco Mariae tunc viventi, quia nominatus locutus fuit etiam de successoribus Domus de Rue, ibi, e dellí suoi successori della Casa della Rovere, ex quibus supveniebat Dux Federicus filius de tempore testamenti; \* quod ad interpretandam mentem Testatoris debet attendi, lib. 2, ff. de testamento. Menoch. confil. 97, num. 149, confil. 106, num. 330, Peregrin. confil. 42, nu. 7, lib. 1, Fusar. de substitut. qu. 257, num. 47, Rota in Avenionem. legitimæ 27 Aprilis proximitati coram Rev. P. D. meo Peutingerio, & adhuc supervivit Serenissima Magdalena Ducissa Etruria \*, quæ etiæ recepta in aliena familia venit appellatione successorum Domus de Rue, Socin. confil. 227, n. 5, in fine, vers. sed multipliciter lib. 2, Gabriel. confil. 97, n. 19, lib. 1, Rota coram sanct. me. Gregor. XV. dec. 464, n. 2, & in recen. decif. 151, n. 3, part. 5, ubi allegantur concordantes.

Unde nec dici potest quod fideicommissum expiraverit ob lineam extinctam Domus de Rue, & successoris Ducis Urbini, & minus stante, ut dicebam, coequali contemplatione conservationis prædi in hæredibus institutis, & substitutis efficiente ne fideicommissum ob non existentiam \* personæ cui servitum à Testatore impositum præstandum erat expiret leg. 1, Cod. legat.

legat. leg. annua, ff. annu. legat. Odd. consil. 47. n. 12. & seqq. part. 4. recent. Sicut nec expiravit per consensum alienationis hujus prædicti præstitum à Duce Urbini, quia ut respondet secunda decisio hujus causæ sub die 23. Maii 1643. coram me, exinde non sequitur remissio fideicommissi in præjudicium aliorum ad illud vocationum.

Firmato ex præfatis fideicommissis particula-ri, suffinere non potest alienatio hujus prædicti fa-cta ab hærede gravato ex causa legitimæ & Tre-bellianicæ, quia neutra detrahitur in dicta decis. anni 1653. & assertum æs alienum testatoris non suffragatur, cùm creditores non urgerent, solvi posset ex aliis bonis, & justificetur in quantitate longè inferioris valoris hujus prædicti exceptis so-cietatibus officii in debitum relatis, quæ proban-tur prius extinctæ, ut in summario responsionis pro Julio Cæsare n. 2. nec de dote scutor. 5000. a Testatore relicta Camillæ filiæ, quia non pro-batur soluta ab emptore nisi pro rata scut. 450. reliquum verò solutum fuit ab ipso hærede gra-vato, qui vel præsumit soluisse ex pretio alio-rum bonorum prius alienatorum, vel quatenus solvisset de proprio, non ideo ex ejus persona retardari potest restitutio fideicommissi particula-ris \*, cùm ob non confessum Inventarium ad illam teneatur de proprio, etiam si bona hæredi-taria non sufficient ex allegatis in dicta secunda decisio hujus causæ, & in Ravennaten. bonorum 11 Maii, & 6 Novembris 1648. coram Rever. D. meo Decano.

Animadvertingo quod in casu nostro defec-tum inventarii supplere non potest divisio de-in-de facta inter hæredes \* quia id admittitur quo-ties statim mortuo Testatore confessum fui In-ventarium tutelare, & proximè facta divisio in quibus terminis loquitur decisio in Bonon. de Glavarinis 27 Junii 1644. coram R.P.D. meo Peu-tingerio, alioquin sola divisio facta, ut in casu no-stro per octo annos post mortem Testatoris non probat, quia in medio tempore bona dissipare potuerunt, vel aliunde acquirere Ruin. consil. 23. sub n. 37. vers. ac si etiam lib. 5. Becc. consil. 113. sub n. 9. vers. multo magis lib. 1. Surd. consil. 105. n. 6. ante finem vers. aliud ergo est, & decis. 339. num. 14. in fine. Merlin. decis. 406. num. 8. Ultra quod in divisione non fit mentio de mobilibus, & nominibus debitorum.

Et ob omissionem Inventarii junctis alienatio-nibus aliorum bonorum antea factis alienatio hujus prædicti ex causa detractionum suffineri non posset, etiam si versaremur in terminis fideicom-missi universalis, quia detractiones omnes præsumuntur consumptæ \* ex præcedentibus alienationibus, & onus firmandi statum hæreditatis spectaret ad possidentem rem ultimo loco aliena-tam, Peregrin. de fideicom. art. 39. n. 14. Merlin. decis. 633. n. 1. & seqq. Rota inter recent. decis. 109. n. 7. apud Modern. Forolivien. de legit. & in Bononi. fideicommissi de Glavarinis 5 Maii 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio.

Ad consensum alienationi præstitum à Julio Cæsare, seu promissio Adæ de evictione, respon-det secunda decisio quod ille nullus est ex falsitate causæ, cùm suppositum fuerit faciendam esse detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, ac eris alieni in majori quantitate quam verè exi-steret, necnon ex defectu insinuationis, quam ex-17 confutudine non adhiberi non probant fides \* extrajudiciales, sed requiruntur plenæ probatio-nes tanquam de re decisoria causæ respiciente,

ut per Mantic. decis. 357. n. 2. Buratt. decis. 786. nu. 2. Merlin. decis. 69. nu. 24. decis. 312. nu. 12. decis. 553. nu. 13. promissio pariter Adæ corruit ex falsitate suppositi quod sine venditione hujus prædicti Domus viri necessitatibus obrueretur, ut respondet dicta secunda decisio in §. final. Quapropter DD. steterunt in decisio, utraque parte informante.

## DECISIO XCVII.

R. P. D. MELTIUS.

Romana devolutionis Domus.

Lunæ 15. Junii 1654.

## SUMMARIUM.

- 1 *Sententia validitas ex revolutione processus pro-batur.*
- 2 *Emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos non trans-fit. Amplia ut num. 3. Non potest transire in manus mortuas num. 27.*
- 3 *Clausula pro se extenditur pro quibuscumque hæ-redibus, & sic etiam extraneis. Sed contra num. 5. & 10.*
- 4 *Seraphin. decis. 703. declaratur.*
- 5 *Appellatione hæredum, & successorum in emphy-teusis Ecclesiæ veniunt solum hæredes sanguinis. Et descendentes non transversales n. 11.*
- 6 *Alienandi facultas concessa in emphyteusis Eccle-siae restringitur ad comprehensos.*
- 7 *Dicitio, quomodolibet, explicatur.*
- 8 *Clausula, ad habendum, inducit naturam con-tractus; cui adjicitur, in perpetuum, restrin-gitur ad descendentes n. 13.*
- 9 *Alienationis prohibito in contractum emphyteu-sis plus influit, quam clausula generales.*
- 10 *Septuagenaria stipulando emphyteusis pro hæ-redibus, quando intelligatur de extraneis.*
- 11 *Renovatio investituræ regulatur juxta formam prima. Declara ut n. 16. Investituræ quando dicatur nova concessio, etiam si sub commemo-ratione primæ emanaverit n. 17. Ob nova paclla dicitur nova concessio, num. 18.*
- 12 *Emphyteusis cum novis pactis recipiens à priori recedit.*
- 13 *Pactorum novitas novam emphyteusis consti-tuit.*
- 14 *Concessione in nova, rei Ecclesiæ solemnitas, & causa requiruntur, & num. 25. & 29.*
- 15 *Beneplacitum ad presumendum requiritur lapsus temporis cum observantia.*
- 16 *Beneplaciti presumptio sublata fuit per constitu-tionem Urbani.*
- 17 *Devolutio emphyteusis resultat ex institutione Hospitalis.*
- 18 *Priorissa, & Procurator recipiendo canones non præjudicant Ecclesiæ.*

**S**Ententiam Rotalem concedentem Monas-terio, & Monialibus S. Luciæ in Silice im-missionem ad possessionem Domus suppositæ di-recto dominio earumdem Monialium, & devo-lutæ ex causa linea finita Angelæ, ultimo loco Investituræ, hodiè quod causa mihi in tertia Instantia commissa reperitur, Domini confir-mandam

## Ad materiam de Alim. Decis. XCVII.

167

mandam esse censuerunt, quia visa fuit valida, & iusta.

1 Validitas \* non controvertitur, & satis illa pro-batur ex processibus, in quibus fuerunt ritè ser-vata, omnia de jure servanda Rota in Leodien. dominiorum 25 Junii 1649. coram Eminentissimo Cardinali Corrado, §. siquidem, & in Nazarena, seu Montis Viridis beneficii 24 Aprilis 1651, coram Rev. D. meo Decano in princ.

Nec de iustitia dubitari posse visum fuit ex in-concuso illo fundamento benè firmato in priori-ribus decisionibus emanatis coram RR. PP. DD. meis Bichio, & Vero spio, quod nempe cum ista

2 emphyteusis tanquam de re Ecclesiastica \* non effet ad hæredes extraneos transitoria §. emphy-teusis, aut. de non alienan. aut permutan. reb. Ecclef. glas. in l. etiam, ff. solut. matr. Gabriel. consil. 94. n. 5 1. & 5 2. lib. 2. Rota in recen. dec. 211. n. 4. part. 6. Ideò finita linea Angelæ ultimo loco in-vestituræ, domus ei in emphyteusim concessa, & quæ nunc controvertitur, reverti debet ad Mo-niales Dominas directas, nec illa transire potuit ad extraneos. Ruin. consil. 160. n. 8. versic. con-tra tamen. Clar. plures referens in §. emphyteusis qu. 28. sub n. 5. §. tertius est casus, versic. funda-mentum autem, ubi ampliat \* conclusionem hu-jusmodi procedere, quavis concessio facta lege-retur, Pro hæredibus, & successoribus, quia adhuc intelligenda effet de hæredibus sanguinis, idemque sequuntur Castrensi. in l. etiam, n. 4. ff. solut. matrimon. Bald. consil. 114. vers. sed istud, lib. 5. Gratian. discept. foren. cap. 351. n. 17. cum plu-ribus aliis cumulatis per Rot. in Caietana bonorum

3 December 1646, coram R. P. D. meo Cerro, §. Justitia vero.

Neque dicta emphyteusis prætendi potest trans-

itoria ad extraneos prætextu, quod in prima illius concessione, facta de anno 1550. apposita fue-4 rit clausula \* illa cæterata, Pro se; &c. quam

informantes pro Hospitali, extendendam esse contendunt, Pro quibuscumque successoribus, & sic etiam pro extraneis, ut per Seraphin. decis. 703. num. 2.

Quia omisso, ut secundum interiorum intel-lectum dicta clausula veniat, potius extendenda \*, atque interpretanda secundum subjectam materiam. Mart. de claus. claus. 44. n. 1. & seqq. part. 2. & ita ut emphyteusis capiat tantum hæ-redes sanguinis justa naturam emphyteusis Ecclesiastica d. §. Emphyteusis auth. de non alienan. & permutan. reb. Ecclef. Peregrin. de fideicommiss. art. 32. n. 52. Fusar. de sublit. q. 339. n. 33. Barbos. claus. 112. n. 3. Rota in recen. decis. 211. n. 3. & 4. part. 6. recent. Neque resistit d. decis. \* Seraph. 703. ex quo ibi res non erat cum Ecclesia, nec de illius intereste agebatur, sed cum aliis, qui inter se contendebant de successione, si quidem ju-dicium pro parte, & ad instantiam Monialium introductum super devolutione non fuit intro-ductum in vim primæ Investituræ factæ de anno 1550. ad favorem Josephi de Martenis, quæ fuit de simplici, & nudo situ, sed ratione tertiae, ac ultimæ, factæ de anno 1612. ad favorem An-gelei Calandræ, in qua concessa fuit domus su-perædicata in dicto situ: Talis enim concessio facta simpliciter legitur hæredibus, & successoribus, absque dictione aliqua cæterata, & ita dubitari non potest, quin sub ea soli hæredes sanguinis comprehendantur, quandoquidem appellatione \* hæredum, & successorum in emphyteusis Ecclesiastica, veniunt soli hæredes sanguinis, & ita descendentes ab ipsis Investitis, ad tradita per

7

Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Castr. in l. etiam n. 4. ff. solut. matr. Rip. in l. cum bona n. 14. ff. de privil. credit. Alex. consil. 83. n. 1. & 2. lib. 7. ubi testatur de communis, nec ab ea in judicando recedendum esse. Socin. jun. consil. 71. n. 3. vers.

quia quicquid sit, lib. 1. Bero. consil. 102. num. 14. vers. Quia respondeo vol. 1. ubi quod verbum hæ-

redibus intelligendum est de iis descendantibus, qui de jure Civili succedere possunt, verbum verò successoribus, de illis descendantibus, qui de jure prætorio admitti possunt. Cephal. consil. 400. n. 6. vol. 3. Pereg. de fideic. art. 31. num. 52. Mant. de tacit. lib. 2. q. 22. n. 27. Surd. dec. 11. n. 8. Rot. coram Seraph. decis. 868. n. 1. vers. Neque ob-stant verba instrumenti locationis in recent. dec. 211. num. 3. & 4. part. 6.

Neque hujusmodi interpretatio excluditur ex ponderatione facta ab Informantibus pro parte Hospitalis, ut ex quo in dicta tertia Conces-sione facta Angelæ legitur prohibitio alienatio-nis, nedum ejus hæredibus, & successoribus, sed etiam alii causam ab ea quomodolibet ha-bentibus, indè inferri possit, quod dicta Inve-stitura comprehendat etiam extraneos, quasi verba illa, Et causam quomodolibet habentibus, ex-quipollent clausulæ, & quibus dederit, aptæ de sui natura comprehendere quilibet, licet ex-traneum.

Placuit enim pro remotione hujus objecti respon-sio, jam data in prima decisione R. P. D. mei Bichii sub §. quod prohibito, ut nempe dicta verba verificari debeant in consanguineis \* remotioribus, in Investitura comprehensis, in quos proximi-miores valeant alienare. Etenim, ne recedatur à natura contractus, capienda est omnis inter-preatio, & sufficit, quod verba, vel quid mini-mum citrè lassionem juris operari possint, ut præ-ter adductos in dicta decisione firmat Olasch. decis. 164. num. 14. versic. quod autem, & nu. 15. vers. scilicet.

Nec etiam refragatur clausula illa universalis, Quomodolibet \*, quæ de sui natura apta est com-prehendere omnes casus. Quia omisso, quod dicta clausula significat potius modum disponendi, quam personas, in quas disponitur, semper, ne lassatur jus commune & immutetur etiam natura contractus, recipere debet inter-pretationem de habilitate, & ita intelligenda venit in omnibus illis casibus, in quibus quis de jure potest in dicta emphyteusis succedere, & a primis investitis, retenta natura emphyteu-sis Ecclesiastica, causam habere. Rota coram Bu-rato decis. 332. num. 4.

Minus pro extraneorum comprehensione po-test vis aliqua fieri in dictione illa cæterata hæ-redes, & successores \*, quia extensio facienda est juxtaposta subjectam materiam. Mart. de claus. claus. 44. n. 1. & seqq. part. 2. & ita ut non egrediatur hæredes suos.

Pariter non relevat alia clausula cæterata Ange-læ absentia, &c. & me Notario cum dicto Joanne Baptista Procuratore præsente, &c. Quia quicquid dicendum esset, ubi versaremur in materia indif-ferenti, & transitoria ad extraneos, in isto ca-su, in quo versamur in emphyteusis Ecclesiastica, ad hæredes extraneos non transmissibili, non potest fieri hujusmodi interpretatio.

Clausula, ad habendum \*, nec etiam refraga-tur, quia induit naturam contractus, cui adjici-tur, ac ab eo limitationem recipit. Rota coram Seraphin. decis. 794. num. 8. & coram Coccino de-cis. 75. num. 10. in recent. decis. 60. n. 12. & 13. part. 5.